

EPIGRAMMATA  
EVCHARISTICA,

DE

Serenissimi Principis, & Domini,  
Domini

IOHANNIS GEORGII  
Ducis Saxoniae, Iuliae, Cliviae, & Montium,  
Sacri Romani Imperij Archimarschalli atque Electo-  
ris, Landgravij Thuringiae, Marchionis Misniae, &  
Burggravij Magdeburgensis, Comitis in Marca &  
Ravensburg, Domini in Ra-  
venstein,

GENEROSISSIMO FILIO,  
Dn. AVGVSTO, Duci Saxo. Iul. Cliviae  
& Montium, &c.


13. Augusti nato, & 18. Septembris Anno  
1614. sacris lymphis renato,  
Serenissimae suae Celsitudini humiliter  
dedicata à

IOHANNNE SEVSSIO, S.  
Anno, m. d.

ECCe bls AVgVst LVX qVlnta & terna refVLget,  
FLos noVVs est RVrae MasCVLVs ALblgenae.

Dresdae typis exarabat Hieronymus Schütz.  
ANNO M. DC. XIII.





Ad Secretarium Domini  
ELECTORIS

Quae prima Augustina, nunc dicitur  
Panda per melior, curasque terminat omnes  
Dicitur in Domini domo, vestigiis  
Nagay DEN, et aliorum, DEN, et aliorum  
Est prima imperator, hanc in agrum




BIBLIOTHECA  
POMICKAVIANA

Erant, conditorum  
Invenitur  
Vere non  
Nisi Schmaragdus  
Fere non  
Aurum, Primum, Poma, Mela, Lanna







I.

Ad Screnissimum Dominum  
ELECTOREM.



Hoc erat, Elector, caelestibus ignibus haestæ  
Hoc anno ardentem quod voluere tuæ.  
Scilicet, ut Coniunx Tibi MAGDALIS  
Incluta Natum, (gerū.  
Quæ prius Ensiferum, nunc daret hastis  
Pandora hæc melior, curas quæ terminat omnes,  
Datq; Tuæ Domui tot bona, totq; dabit.  
Augury DEVS est auctor, DEVS impleat illud,  
Est bonus interpretis solus is augury.



II.

Genethliacum, ex illo Psalmi 65. v. 12.  
Bonis tuis coronas annum.

Cernite, condecorat DEVS ut Diademate frugum,  
Innumerisq; anni tempora muneribus,  
Vere novo Vitis gemmis, & floribus Arbor,  
Atq; Schmaragdineo rura virare nitent.  
Fænea dona Æstas, & dat Cerealia dona,  
Autumnus Bromium, pomaq; Melq; suum.

A 2

E.



<sup>a</sup> Sophia He-  
leonora, Dux  
Sax: 23. Nov  
An. 1609 na-  
ta.

Et Maria E-  
lisabetha D.  
Sax: nata 22  
Nov. Anno  
1610.

<sup>b</sup> Christianus  
Albertus D.  
Sax: natus .4.  
Martij Anno  
1612. Sed  
flos fuit ille  
caducus.

<sup>c</sup> Iohannes  
Georgius D.  
Sax: lu: Cliv:  
& Mont. na-  
tus 31. Maij  
An. 1613.  
cui, cum fra-  
tre Augusto,  
vita & felici-  
tas.

Et genialis hyems letantes recreat: omnis  
Sic labor agricolis annuus actus abit.  
In Macrocosmo operum hæc variatio pulcra per annum,  
In Microcosmo etiam hanc Enfigero annus habet.  
Cernite, condecorat Sobolis Diademate vt annum,  
Et Rutam vberibus ditat vt Vberibus,  
Magna sui populi, Berecynthia & altera, Mater,  
MAGDALIS Enfigero juncta SIBYLLA Duci.  
Bis genialis Hyems sua dona Novembribus horis, <sup>a</sup>  
Martius & Violam vidit adesse suam. <sup>b</sup>  
Majus erat, Maius pulchello germine RVTÆ  
Floruit, illius & jam quoq; floret bonos. <sup>c</sup>  
Inditum ab augendo, quod frugibus augeat annum,  
Augustus nomen si sibi mensis habet,  
Augustus verè est, AVGVSTO Augusta quod auxit  
Augustum genitrix principe prole genus.  
Restat adhuc Autumnus, vt hinc quoq; pulchra corona,  
Circumiensq; annus sit Mare prole parens,  
Et velut vna novum semen cum fænore spica,  
Ex granoq; vno plurima grana refert;  
Multi vno vt veniant sic Nati è Patre, perennes  
Postgeniti & videant vivere Progenitos,  
Det Deus: interea Autumnno letemur, o vantes:  
Totius est anni sola corona Deus.



EM



## III.

## EMBLEMA.

(hortis,

**S**Culpe mihi RVTAM, Sculptor, Macheruntis in  
Ficubus excelsis æmula qualis erat.

Germina sex in eâ fac, sint tria, sculpe, novellis

Bis septem rursus florida germinulis.

Ensigneriq; Apicis geminæ, fac, fulgure, gemmæ

Quale Adamas, niteant, quodue Pyropus habet.

Adyce: DIVISA hæc non est DISSISA, SED VNA:

Quod gerat in peplo Pax prope sculpta suo.

Hocq; suo peplo Pax frondes colligat omnes:

Haud, benè sic nexos, qui secet, ullus erit.

De quâ Iose.  
in lib. 7. c. 22  
de bello Iud.

## IV.

## DIANA.

(lâ,

**P**arturit Ensignerâ dum MAGDALIS Inclÿta in auro  
Ecce Iovis litem rursus habet aula novam.

Dij voluere Marem, Divæ voluere Puellam,

Mars egit causam, nec minus Ida suam.

Par Fratrum ille, cupit, sit ut, hæc, Chariteia Triga:

Occupat auratum Iupiter æquus ebur.

Conticuere omnes: Fertur sententia: fiat

Mas, sed non Marti, astit ille, Diana, tibi.

Riserunt victos: venatrix læta Diana

Clamat Io, toto cornua flatq; polo.

Convocat Oreades, Dryadesq;: ite, ite, novello

Hæc Venatori munera ferte Duci.

A 3

En



Ovid. lib. 7.  
Metam.

En Cephali jaculum, nunquam, quo mittitur, errans,  
Et capientem animal, quod petit, omne, canem.  
Vtere, Magne puer, nostris, & senescito donis,  
Noster & in sylvis sedulus esto comes.  
Interea crescas dio sub Numine, Numen  
Est Venatorum nam quoque, tuta Salus.

V.  
D I A N A.

Was der Dreyzehndt Augustschein sich  
wolt enden/  
Vnd Phœbus seinen Lauff zurücker wenden/  
Die Horæ den Olympum wolten schliessen/  
Auch die Himlische Phœbe ohn verdriessen  
Mit unzehlich Sternelein/ so sie beleiten/  
Ihrn Silbern Glantz wolt auff die Erd außbreiten/  
Nienan an die Schmerzen zur Geburt zu wachssen/  
Der Durchleuchtigsten Churfürstin zu Sachssen.  
In dem thet widr ein newer Zanck entspringen  
Ins Jouis Saal: Zwenherley Reden giengen/  
Die Götter gern ein Junges Herrlein hetten/  
Ein schöns Frewlein die Göttin bitten theten.  
Dem einen Theil Mars fleißig advocirte,  
Venus dem andern auch Patrocinirte.  
Mars sagt: Gleich wie aus einem Ey geboren  
Castor vnd Pollux Brüder hie erkobren:  
Dem Churfürstlichen Haus zu Sachssen eben  
Ein solch bahr Tapffer Helden man solte geben.  
Venus Drey Charites herfür thet führen:  
Seht da/ sagt sie / Wer wolt althie negirn,

Das



Das solch Drey nicht auch solchs Haus würden zieren/  
Wenn man den Beydn noch Eins thet adjungiren.  
Also die Schar in zwey theil bald getrennet/  
Vnd Jupiter zum Richter ward benennet/  
Der setzt sich auff sein Guldnen Stuel in eilen:  
Schweigt still / sprach er / ich wil jetzt recht Vrtheilen:  
Ein Junger Prins sol zwar werden Geböhren /  
Doch sol er nicht dem Marti sein erköhren/  
Dianæ sol er eigen werden balde /  
Vnd ihr Gsellshafft leisten in manchem Walde.  
Alsdann Mars vnd Venus da schamrot stunden/  
Die Götter außzulachen sie begunten/  
Diana thet sich mit Brevd herfür machen/  
Dankt dem Jovi vor so gewünschte sachen.  
Sieng an für Brevd in ihr Hörnlein zu Blasen/  
Das in Olympo erschall ohne massen.  
Ihr Jagr Gsellshafft zu ihr sie kommen lieffe/  
Orades vnd Dryades sie hießen/  
Sie schickt sie bald / vnd sprach: Geht hin ohn feilen/  
Vnd bringet meinem Edlen Jäger in eilen  
Diß edle Gscheneck / welches vorlangst verehret  
Procris, vnd ihrem Cephalo gewehret:  
Nemlich ein Hund / dem kein Wild kan entgehen  
Durch Gschwindigkeit / wenn ers einmal gesehen/  
Vnd ein Spieß / damit man alles kan fangen/  
Was sonst nicht ist so leichtlich zu erlangen.  
Wünscht / daß er damit gros Alter erreiche/  
Vnd mir nachfolg im Wald durch dicke Streuche /  
Das ihm auch Aurora geneigt sein wolle/  
Vnd so viel glücklicher Tag bringen solle/  
So offte sie hört sein Jägerhörnlein schallen/  
Vnd ihr nicht unbekandtes Hündlein fallen.

Gott



QK Xa 42 92

GOTT woll den Edlen Jäger wachssen lassen /  
Vnd ihn gleiten im Wald vnd allen Strassen /  
Gott wol den Edlen Jäger auch beschützen /  
Der Edlen Järgsellschafft zu ehren vnd nutzen.

Ivo à Huß Senensis,  
interpretatus est.



VON M.C.





N. 62, 1.

x200

EPIG  
EVCHA

Serenissimi

IOHAN  
Ducis Saxoniae,  
Sacri Romani Imper  
ris, Landgravij Th  
Burggravij Magd  
Ravens

GENERO  
Dn. AVGV

13. Augusti na  
1614

Serenissimæ

IOHAN

ECCe bls AVgVstl  
FLos noVV s est

Dresdæ typis ex  
ANNO

